

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe

der Quellschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.

— — —
Einundvierzigster Band.



Hannover und Leipzig.

Hahnsche Buchhandlung.

1919.

XIII.

Aus den Annales diffinitiones
des Generalkapitels der Zisterzienser
in den Jahren 1290—1330.

Von

J. Loserth.

Schon vor einem Vierteljahrhundert wurde ich anlässlich einer Durchsicht des Handschriftenbestandes in der Grazer Universitätsbibliothek auf einen Codex aufmerksam, der Materialien zur Geschichte der Zisterzienserklöster enthielt. Unter den Angaben erregten jene mein besonderes Interesse, die sich auf Vorkommnisse in einzelnen Zisterzienserklöstern des deutschen Reiches, Oesterreichs, Böhmens usw. bezogen, und dies umsomehr als sie mitunter über den engen Kreis des Klosters hinaus allgemeinere Dinge betrafen und wie ein Blick auf die Schrift zeigte, ziemlich gleichzeitig mit den erwähnten Ereignissen eingetragen worden waren. Die Hs. 1610 (ehemals 39/54) stammt nach der fol. 77 eingezeichneten Angabe *Liber beate Marie virginis in Cella Angelorum*¹ aus dem Kloster der Zisterzienser zu Engelzell in Oberösterreich, das 1293 von dem Bischof Wernhard von Passau (Wernhardus de Prambach) gestiftet und als solches am 13. Januar 1295 vom Papste Bonifaz VIII. bestätigt wurde. Der Einband weist auf das steiermärkische Zisterzienserkloster Neuberg hin, wohin die Hs. — man weiss nicht unter welchen Umständen — gekommen sein wird, bis sie zur Zeit der Josephinischen Klosteraufhebung an die Grazer Bibliothek gelangte. Sie enthält im ganzen 156 Pergamentblätter in klein Oktav und vorn und hinten ein Schutzblatt. Der Einband besteht aus einem starken braunen Lederfleck, an den die einzelnen Lagen angeheftet sind. Blatt 129 ist unbeschrieben. Die Zeilenzahl ist nicht auf allen Blättern die gleiche. Von fol. 1—78^b findet sich der *Libellus diffinicionum capituli generalis. Editus anno domini 1289*, geschrieben in einer völlig gleichmässigen und gleich sorgfältigen Schrift, jede Seite zu 23 Zeilen. Fol. 79^b—156^b finden sich die *Annales diffiniciones*², aus denen unten die auf deutsche und österreichische Zisterzienser-

1) S. Strnadt, Peuerbach im 27. Bericht des Museum Franc. Carol. 1868, S. 340 ff. 2) Ueber die Bedeutung der *Diffinitiones annales* verbreiten sich diese zum Jahre 1321.

klöster bezüglichen Angaben herausgehoben und durch einige allgemein historischen Inhalts ergänzt werden sollen. Diese Eintragungen sind zunächst von derselben Hand gemacht worden, von der der Libellus angefertigt wurde: mit der gleichen Sorgfalt und derselben Zeilenzahl auf jeder Seite. Erst auf fol. 124 tritt eine andere Hand ein. Die Zurichtung des Pergaments — es ist auch eine neue Lage eingelegt — ist eine andere, die Zahl der Zeilen steigt auf 25, bezw. 26, 27, 28 bis 29. Einen Wechsel der Hände bemerkt man fol. 130 — 133^a, 133^b — 137^b, 138^a (die Zeilenzahl steigt hier auf 32) bis 143^b, 144^a — 156^b. Wenn hier an einzelnen Stellen die Schrift verschieden aussieht, liegt es zweifellos mehr an dem Wechsel von Tinte und Feder, als an dem des Schreibers. Fol. 143^b ist unbeschrieben.

Man wird dem Gesagten entnehmen, dass die Berichte über die Jahresbeschlüsse des Generalkapitels gleichzeitig eingetragen wurden. Es mag hier noch an das erinnert werden, was aus dem Inhalt so hervorragender Geschichtswerke, wie der Königsaller und Victringer Werke hervorgeht, dass die Generalkapitel den in Citeaux alljährlich versammelten Aebten Gelegenheit boten, sich über die Vorkommnisse des betreffenden Jahres in den verschiedenen Klöstern des Ordens zu belehren. Gleichheit oder Aehnlichkeit einzelner Berichte ist darauf zurückzuführen. So wichtig es scheinen mag, das gesamte Material zum Abdruck zu bringen, so sollen hier doch nur jene Stellen vermerkt werden, die auf die Klöster der genannten Länder Bezug nehmen.

Anno domini 1290 conceditur abbatibus Austrie, ut eis liceat festum sancti Floriani martyris celebrare.

1291 . . . Ad detestandum crimen sortilegii, quod est quedam species heretice pravitatis, diffinicioni olim edite de sortilegiis generale capitulum duxit provide hoc addendum, quod quecunque persona ordinis, sive monachus vel conversus, super tanto crimine deprehensus, non promoveatur ad aliquas dignitates nec ad actus legitimos admittatur sed ultimus omnium et in omni sexta feria sit in pane et aqua usque ad nutum capituli generalis. Et hec diffinicio extenditur ad universas ordinis moniales.

Item, ne libertas effrenata occasionem alicui tribuat delinquendi, generale capitulum duxit provide statuendum, quod abbatisse ordinis deposite vel cedentes non habeant currus vel equos in monasteriis vel famulos seculares sed una vel duabus monialibus ad earum servitium sint contente.

Patres autem abbates dispensare non poterunt super huiusmodi absque licencia capituli generalis.

Item, statuit et ordinavit capitulum generale, quod quicumque abbas aliquas expensas fecit pro privilegiis et libertatibus ordinis defendendis et illas pecierit ab ordine sibi reddi, teneatur de dictis expensis coram maioribus abbatibus, qui ceteros abbates convocaverint, fideliter computare et de eisdem fidem facere proprio iuramento.

1297. Ad petitionem et instanciam regis Romanorum conceditur universis abbatibus nostri ordinis in regno ipsius constitutis, qui voluerint, possint novam historiam de beato Benedicto patre nostro licite decantare.

Item, peticio abbatis de Heimrode¹, qui petit dispergi conventum suum per Alemanniam per quinquennium exauditur.

Item, de Cesarea² abbatibus et de Melenbrunne³ committit capitulum generale, quod abbates Maguntinensis provincie compellant ad contribucionem faciendam pro expensis factis et faciendis pro negocio in Ebraco⁴.

1298 . . . Item, impositio contribucionis faciente pro expensis iam factis pro libertatibus ordinis defendendis generale capitulum domino Cysterçiensi et quatuor primis abbatibus⁵ committit districtione qua potest et sub pena excommunicationis precipiens abbatibus ordinis universi, ut porciones contribucionis predictae a patribus abbatibus auctoritate dicti capituli imponendas integre solvant locis et terminis inferius a dicto capitulo diffinitis; alioquin extunc pro depositis habeantur. Omnes itaque illi, qui sunt de regno Francie et Navarre, Arragonie, Anglie et Valencie de provinciis et diocesibus inferius nominatis videlicet Arelatensi, Ebredunensi, Verdunensi et Viennensi, Tharenthasiensi, Bissuntinensi, Treverensi, Maguntinensi, Salzbουργensi, Carnotensi et Tornacensi diocesibus infra Octavam Purificacionis apud Leviacum superius nominatam solvere non obmittant. . . .

Item, de fratre Walthero de Luzela⁶, qui propter sua demerita carceri mancipatus de carcere violenter evasit, renuens discipline ordinis se submittere, in anime sue

1) Hemmenrodium, Himmerod in diocesi Trever. v. Janauschek Orig. Cist. I, p. 31. 2) Caesarea = Kaisersheim in dioc. Augustana ib. p. 32. 3) Maulbronn ib. p. 56. 4) Ebrach ib. p. 13. 5) Quatuor abbatibus: sc. Firmitatis (La Ferté sur Grone), Pontiniaci (Pontigny), Clarae Vallis (Clairvaux), Morimundus. 6) Luzela = Lützel in Alsatia Super. v. Janauschek p. 12.

periculum et tocius populi scandalum per seculum evagando precipit capitulum generale, quod ad carcerem revertatur, alioquin si redire noluerit, capiatur carceri mancipandus, invocato ad hoc, si necesse fuerit, brachio seculari et nichilominus idem Waltherus per omnes ecclesias Basiliensis diocesis procuretur excommunicari singulis diebus, donec discipline ordinis totaliter se submittat.

1300 . . . Ut futuris periculis occasio precludatur et dampnis imminentibus provido consilio occurratur, omnibus abbatibus, prioribus, cellerariis et bursariis ordinis in regno Francie constitutis sub pena deposicionis, districcione qua potest, precipit capitulum generale, ut ipsi infra instantem beati Johannis Baptiste pro debitis in ordine pro ipsis negociis et domini regis Francie karitativo subsidio iam contractis et in posterum necessario contrahendis domino Cysterciensi, ut ipsius mandato apud Parysius, quantum pro una decima solvere constituerint, solvere non obmittant. De aliis vero, qui sunt extra dictum regnum, domino Cysterciensi et quatuor primis abbatibus committit idem generale capitulum, ut in predictis negociis possint eis auctoritate dicti capituli certam contribucionem imponere loco et tempore quibus viderint oportunum. Abbates vero, priores, cellerarii et bursarii, qui non solverint terminis assignatis, ipso facto depositos se noverint esse auctoritate capituli generalis.

1302. Item, cum pie voluntatis peticio sit favore benivolo proseguenda, maxime ubi cultus divinus ampliatur, ad petitionem illustris regis Bohemie¹ generale capitulum ordinavit et diffinivit, quod in vigilia beati Mychaelis annis singulis commemoracio fiat de beato Wenzelao martyre et non pontifice cum una missa per ordinem universum. . . .

1303 . . . Item, cum universo ordini a sanctissimo patre domino Bonifacio summo pontifice sit indultum, ut terras nostras cultas vel non cultas, non solvendo de eis decimas, possimus tradere colonis secularibus ad colendum, de quibus nullus alius decimas vel primicias percepit, prout in ipsius privilegio plenius continetur, ex quo indulto speramus bona non modica ordini in posterum eventura: generale capitulum universis personis ordinis inhibet, ne hoc clam vel palam per se vel per alias deduci impediunt

1) Wenceslai II.

ad effectum. quecumque persona ordinis contrarium fecerit quoquo modo, ipsam excommunicat in hiis scriptis et quecumque persone ordinis in hoc culpabiles invente fuerint, a domo propria amittantur non, nisi per ipsum capitulum, reversure. . . .

1304. Statuta sunt hec apud Cystercium in capitulo generali: inprimis, cum propter novitates seu novas adinventiones hystoriarum novarum aliquorum sanctorum et novarum culturarum^a deformitas in cultu divino in ordine oriri videatur, generale capitulum omnes diffinitiones super premissis a decem annis et infra editas revocat et denunciat de cetero nullas esse, sed quoad hec modus antiquus totaliter observetur. Conceditur tamen illis, in quarum monasteriis corpora sanctorum requiescunt, ut in festis eorum propriis hystoriis et illi de regno Francie in festo beati Ludwici eius propria hystoria possint uti. . . .¹

1306 . . Cum plurimorum querulosis vocibus super defectu studii Parisiensis generale capitulum fuerit pluries excitatum, idem capitulum considerans, quod ex laudabili ipsius reformatione totus ordo claris laudibus suscipit incrementa, domino Cysterciensi, Clarevallensi abbatibus committit, ut personaliter accedant ad locum, ibidem ordinent, puniant et reforment, prout honori et universitati ordinis viderint expedire. . .

1307 . . Peticio domini vicecancellarii domini pape, qui petit quod in missa conventuali in singulis nostri ordinis monasteriis cottidie pro subsidio terre sancte Psalmus (78, 1) Deus venerunt gentes cum usitata collecta dicatur, pro domini pape reverencia exauditur.

Dispersio² conventuum Bohemie domino patri abbati de Ebraco committitur in plenaria ordinis potestate.

Item, abbatibus de Bohemia, de Austria et Bawaria qui in ipso capitulo fuerunt, concessum est semel a capitulo remanere. . .

a) Cod.: colavarum (sic).

1) Die Heiligsprechung Ludwigs IX. erfolgte am 11. August 1297 schon während des Kampfes zwischen Philipp IV. und Papst Bonifaz VIII. Auch die finanziellen Vergünstigungen Frankreichs seitens der Kurie gehen in diese Zeit und Verhältnisse zurück. 2) Ob diese Zerstreuung mit der schlimmen Lage der Klöster zusammenhängt, von der die Königs-saaler Geschichtsquellen S. 279 berichten?

1310 . . . Depositionem abbatis de Sar¹ factam per patrem abbatem de Pomuk confirmat et ratificat capitulum generale et precipit ipsum cum suis complicitibus excommunicari per provinciam illam in ordinis domibus. Committit eciam idem capitulum patri abbati, ut provideat monasterio de persona idonea et probata per electionem canonicam vel alias, prout secundum Deum et ordinem viderit expedire.

Emissio conventuum de Alderspach² et de Pilthûsen³ et de Cella Principum⁴ committur patribus abbatibus in ordinis potestate et dispersionem in Hylaria⁵ factam per visitatorem ratificat capitulum generale.

1313. Peticio ducis Austrie, qui petit quod in terra sua festum corporis Christi cum duodecim leccionibus et una missa celebretur, si conventus eiusdem terre consenserit, exauditur.

1314. Contribucio moderata pro subveniundo domino cardinali Albo⁶ et aliis negociis ordinis incumbentibus facienda domino Cisterciensi et quatuor primis^a committitur in plena ordinis potestate. Qui vero non solverint loco et termino eis a patribus abbatibus assignato, prior et cellerarius et bursarius ab officiis deponantur nec aliqua officia usque post solutionem exequantur.

Item, licet prelatus quanto efficitur prudencior, tanto sit magis ydoneus ad regendum ordoque eminencius per literatos tam honorem quam commodum multipliciter assequatur, quia tamen abbatis officium magis est oneris quam honoris, vix potest quisquam simul vacare commode studio et sollicitudini pastoralis, idcirco capitulum generale ordinavit et diffinivit, ut nullus abbas, nisi prius resignare voluerit, de cetero sit scholaris sed honore habito sit contentus, cuiuscumque quantecumque condicionis existat, super concedendi licenciam auctoritate per idem capitulum de-

a) fehlt abbatibus, s. oben um Jahre 1298.

1) Ueber die Motive der Absetzung des Abtes von Saar ist nichts bekannt. 2) Aldersbach (in diocesi Brixensi) s. Jänaushek p. 87. 3) Bildhausen in der Würzburger Diözese. Ebenda S. 318. 4) Cella Principum = Fürstenzell (in Bavaria Inferiori) ib. p. 260. 5) Hilaria = Wilhering ib. p. 90. 6) Ist wohl jener Kardinal Albus, vordem Abt in Fonfroide, dann Papst Benedikt XII., von dem der Königsaler Abt Peter von Zittau (S. 572 ff.) berichtet. Ueber die Wahl schreiben ihm Durandus, Abt von la Ferté, Prokurator des Ordens in Rom und der Prokurator Johannes längere Briefe.

negata. Precipitque dictum capitulum licenciandis in theologica facultate, quod suis principiis faciant expensas moderatas. . .

1315 . . . Item, diffinitionem anno preterito editam, quod abbates ad studia ordinis solempnia morandi gracia non accedant, nisi prius resignaverint abbacias, sic decrevit capitulum generale temperandum, quod licencia domini Cysterciensis et quatuor primorum cuiuslibet in generatione sua proprii et patris abbatis assensu et voluntate conventus nullus abbas existens ad standum in dictis studiis admittatur.

1316 . . . Item, cum ordo noster multipliciter sit gravatus, capitulum generale ordinat, quod mediocris et moderata fiat contribucio pro servicio domini pape facto et aliis expensis factis et faciendis in Romana curia et pro domino cardinali nostro, que contribucio domino Cysterciensi et quatuor primis committitur ordinanda, ita quod abbates in provincia Burdigalensi et ceteri in Monte Pessulano certo mandato domini Cysterciensis, illi vero, qui sunt circa^a montes, Rhenum et mare, Parisius in sancto Bernhardo in mense Pasche, ceteri autem omnes abbates in Cystercio tempore capituli generalis summas eis impositas absque defectu solvere teneantur. Si vero non solverint locis et terminis nominatis, abbates extra stallum abbatis erunt, donec persolverint, prior vero, cellerarius et bursarius ab officio deponantur nec aliquod officium exequantur, donec persolverint.

1320. Item, commendande devocionis actus, quem nuper¹ illustrissimus princeps dominus rex Portugallie² laudabiliter exercuit, ordinem Milicie Iesu Christi ad defensionem sacrosancte fidei et violencias infidelium propellendas fundando, congaudens cum graciaram accionibus, capitulum generale statuit ad rogatum ipsius domini regis et diffinit, quod paternitas predicti ordinis milicie Iesu Christi, qui iam confirmatus est et nostro ordini incorporatus per summum pontificem, totaliter resideat penes abbatem de Alcovacia³ tamquam patrem abbatem ordinis memorati, qui iuxta decretum et ordinacionem sanctissimi patris nostri

a) citra?

1) 1319. 2) König Diniz el Justo (el Labrador). 3) Alcobaca (in Lusitania et dioecesi Ullisponensi sita). S. Janauschek, *Originum Cisterciensium* tom. I, p. 110.

domini Iohannis Dei gracia pape XXII. predicti regulares observancias et alia, que fraternitatem ordinis respiciunt, ibidem perpetuo faciat observari. . .

1321. Ne in ordinacionibus sacrosancti ordinis nostri sit aliquid superfluum vel eciam defectivum, moderacio omnium penarum, reformatio omnium statutorum contentorum in libello diffinicionum capituli generalis et diffinicionum annalium dominis de Pontinnigaco¹, de Morimundo, de Pruliaco² abbatibus vel eorum duorum in absencia tercii committitur in plenaria ordinis potestate. Item, peticio abbatis de Ebera, qui petit, quod servicium de corona domini fiat per totam Alemanniam, exauditur et quod magnifici principis domini regis Bohemie, qui petit, quod in die resurrectionis dominice, in qua sol iusticie Christus Iesus cum glorioso comitatu ruptis vinculis mortis victor processit ab inferis, in monasteriis regni sui et eciam in aliis domibus ordinis nostri, dummodo conventus consenciat et de patrum abbatum licencia fiat processio per ambitum cum Responsorio Si consurrexistis et ante scilicet Cum rex glorie et Sedit angelus, pro sui reverencia exauditur.

1323 . . Item, colleccionem pecunie pro fabrica sancti Bernhardi Parisius per regnum Alemannie, Bohemie et Polonie committit domino de Ebera capitulum generale, ita ut quicumque abbates vel abbatisse non solverint, possit compellere solvere ad solvendum duplum plenaria auctoritate predicti capituli generalis.

1324 . . Cum frater Hermannus de Heldrich monachus de Lancheim³ cum quodam socio suo in sue salutis discrimen per seculum evagetur, multa enormia in vituperium ordinis committendo ac eciam non contentus excessibus ecclesiam predictam invadere et ipsius personas et bona diripere non veretur, generale capitulum mandat omnibus abbatibus illius provincie, quatenus eos predictos malefactores singulis diebus dominicis in capitulis suis publice excommunicatos denuncient et capi cum expensis proprii abbatis faciant carceri strictissimo detinendos, et si necesse fuerit, ad hoc potenciam brachii secularis advocent ad huiusmodi faciendum. . . .

1) Secunda Cistercii filia; ibid. p. 4. 2) Preuilly = Prulliacum in episcop. Senonensi. 3) Langhemium = Langheim haud procul a Moeno supra Bambergens. vid. Janauschek p. 28.

1325 . . . Item, quia frater Iohannes prior Morimundi contra ordinis decenciam et paternalem reverenciam literas direxit diffamatorias ad exterarum regiones, videlicet provinciam Faschoniam et Yspaniam, capitulum generale eundem absolvit ab officio prioratus, committens nichilominus dictum capitulum domino Morimundi, ut eum emittat ad partes remotas non reversurum nisi de domini Cysterciensi licencia speciali, punicionem vero personarum in predictis et aliis perversis machinationibus contra iam dictum dominum Morimundi consencientium committit capitulum domino Cysterciensi in plenaria ordinis potestate.

. Item, cum fratres Hermannus de Heldric et Albertus de Redwicz sue salutis immemores abbacie in Lanchaim existentibus (sic) in apostasia maxima dampna intulerint ac multa enormia commiserunt et propterea emissi, capitulum generale statuit et diffinit, quod ad iam dictam abbaciam non recipiantur nisi de dicti capituli generalis licencia speciali. Item petitiones abbatis de Ebera, qui petit quod abbas de Runa, cuius domus propter alluvium penitus est destructa¹ a generali capitulo per sex annos excusetur et per idem tempus ipsius conventus, si necessitas exegerit de scitu tamen et consilio visitoris dispergatur, et quod abbas Celle Angelorum ratione novelle plantacionis et penuriarum a dicto capitulo per octo annos possit remanere. exaudit capitulum generale.

Item, super petitione viri domini Hainrici de Lippa de translacione abbacie de Wisawicz² generali capitulo

1) Johannes v. Victring berichtet darüber (Schneider, SS. rer. Ger. 2, 126): In monasterio Runensi in Stiria torrens parvulus, qui de vertice montium fluit, vehementissimo impetu se resolvit et densissima inundacione ligna, saxa gravissima secum trahens, muros scindens, omnia pene habitacula, monasterium, ambitum et ceteras officinas usque ad mensuram in altitudinem quatuor aut quinque cubitorum permeavit et vestigia in muris intersibilia reliquit, libros armarii et monasterii non fedavit. Dass die einheimischen Dokumente darüber schweigen (und nur der Kärntner Historiker Meldung tut), wie Muchar, Gesch. d. Steierm. 7, 235 berichtet, ist erklärlich; in Reun existierte kein Jahrbuch, wie es auch keinen Historiker hatte, der wie Joh. v. Victring oder Peter v. Königsaal die Geschichte seiner Zeit geschrieben hätte, Victring aber stand als Zisterzienserkloster mit Reun in naher Verbindung. Das sogenannte Chron. Leobiense (ed. Zahn p. 36) nennt den Tag: A. d. 1325 cenobium Runense ex habundancia pluviarum per torrentem mox est repletum, semina per montis ambitum et omnes officinas (fehlt ein Wort) VII. Id. Iunii. Cella Angelorum s. oben S. 631. 2) Wisowitz (z. Rosa Marie) s. Janauschek p. 250; im alten Hradischer Kreise Mährens. Ueber Heinrich v. Lipa berichtet ausführlich der Königsaal Abt Peter v. Zittau und doch sagt

porrecta taliter ordinat capitulum generale, ut abbas de Ebera dicta loca inspiciat, ordinet et procuret per se vel per alium seu alios, prout expedire iudicaverit in plenaria ordinis potestate.

1327 statuta sunt hec apud Cystercium tempore capituli generalis: inprimis necessitatem sanctissimi in Christo patris domini nostri summi pontificis et sollicitudines, quas gerit pro expugnacione hereticorum et inimicorum ecclesie sacrosancte devote considerans capitulum generale eidem per modum, qui sequitur, ordinat subsidium faciendum, videlicet quod pro omnibus monasteriis infra regnum Francie constitutis ac omnibus grangiis ad eadem monasteria pertinentibus, dato quod sint extra regnum, offert idem capitulum domino nostro summo pontifici nomine subsidii decem milia florenorum infra Octavas Epiphanie domini eidem solvendorum, ita quod dominus Cysterciensis et quatuor primi abbates imponant summas, penas et terminos abbatibus dicti regni auctoritate capituli generalis, dummodo quidquid levatum inventum fuerit abbatibus dicti regni circa capitulum generale anni vicesimi sexti, decuriatur de summa premissa decem milium florenorum, et omnino cesset, quod permissum est. Et quantum^a ad monasteria extra regnum Francie situata, ordinat capitulum generale domino nostro summo pontifici sanctissimo subsidium ad unius decime quantitatem per ipsius mandatum et nuncios colligendos, eo quod principes diversarum provinciarum hoc levare ordini nec permittant, quod omnes abbates sub pena excommunicacionis late sentencie dictis collectoribus, cum ad eos devenerint et eos requisierint, infra quindecim dierum spacium solvere teneantur, hoc adhibito moderamine quod si aliis decimas non solverint, eandem sibi ipsis imponant secundum suas consciencias, servatis papalibus declaracionibus super hoc editis, vel alias componatur curialiter cum eisdem, ita tamen, quod quidquid iam levatum est ratione dicti subsidii, abbatibus extra regnum Francie constitutis, decuriatur de summa eos conti(n)gente, et quod promissum est et non solutum, ad nichilum deducatur. . .

a) Cod.: qm = quoniam.

er noch (Kgs. Gesch.-Q. p. 468): De isto famoso barone, si pauca nunc scriberem, congeriem multorum gestorum suorum per compendium breviloquii obfuscarem. Er schliesst: fiat sanctis sociatus.

porrecta taliter ordinat capitulum generale, ut abbas de Ebera dicta loca inspiciat, ordinet et procuret per se vel per alium seu alios, prout expedire iudicaverit in plenaria ordinis potestate.

1327 statuta sunt hec apud Cystercium tempore capituli generalis: inprimis necessitatem sanctissimi in Christo patris domini nostri summi pontificis et sollicitudines, quas gerit pro expugnacione hereticorum et inimicorum ecclesie sacrosancte devote considerans capitulum generale eidem per modum, qui sequitur, ordinat subsidium faciendum, videlicet quod pro omnibus monasteriis infra regnum Francie constitutis ac omnibus grangiis ad eadem monasteria pertinentibus, dato quod sint extra regnum, offert idem capitulum domino nostro summo pontifici nomine subsidii decem milia florenorum infra Octavas Epiphanie domini eidem solvendorum, ita quod dominus Cysterciensis et quatuor primi abbates imponant summas, penas et terminos abbatibus dicti regni auctoritate capituli generalis, dummodo quidquid levatum inventum fuerit abbatibus dicti regni circa capitulum generale anni vicesimi sexti, decuriatur de summa premissa decem milium florenorum, et omnino cesset, quod permissum est. Et quantum^a ad monasteria extra regnum Francie situata, ordinat capitulum generale domino nostro summo pontifici sanctissimo subsidium ad unius decime quantitatem per ipsius mandatum et nuncios colligendos, eo quod principes diversarum provinciarum hoc levare ordini nec permittant, quod omnes abbates sub pena excommunicacionis late sentencie dictis collectoribus, cum ad eos devenerint et eos requisierint, infra quindecim dierum spacium solvere teneantur, hoc adhibito moderamine quod si aliis decimas non solverint, eandem sibi ipsis imponant secundum suas consciencias, servatis papalibus declaracionibus super hoc editis, vel alias componatur curialiter cum eisdem, ita tamen, quod quidquid iam levatum est ratione dicti subsidii, abbatibus extra regnum Francie constitutis, decuriatur de summa eos conti(n)gente, et quod promissum est et non solutum, ad nichilum deducatur. . .

a) Cod.: qm -- quoniam.

er noch (Kgs. Gesch. - Q. p. 468): De isto famoso barone, si pauca nunc scriberem, congeriem multorum gestorum suorum per compendium breviloquii obfuscarem. Er schliesst: fiat sanctis sociatus.

1328 . . Item, ordinationem subsidii pro domino nostro summo pontifice et pro defensione sancte matris ecclesie que hiis diebus graviter gwerrarum impulsibus obruitur, faciendi, generale capitulum domino Cysterciensi et quatuor primis vocatis, quos voluerit, committit, ut eiusdem subsidii summas ordinent, terminos imponant, penas taxent, prout faciendum viderint in plenaria ordinis potestate. Item, preterea de pensione annua pro domino cardinali nostro per ordinem concedenda et aliis negociis in curia Romana exequendis et pro curia^a ibidem statuenda committit eisdem capitulum, ut pro predictis ordinent contributionem moderatam per ordinem faciendo, terminos imponendo, penas taxando in plenaria ordinis potestate.

Item, inprimis ordinis nostri generosa plantacio semper a sui creacionis exordio totis mentis conatibus caritatis mentes fovit lucusque et unitatem nutrit, sed proh dolor hiis diebus in multis personis ordinis adeo karitas refriguit et iniquitas habundavit, quod ipsa suspensa velud ignis impietas reiecta disciplina iusticie et observacione fidei relegata ordini suo gravissimas divisionis insidias dampnabiliter moliuntur, procurando sibi ipsis edictum per principes et dominos temporales fieri, ne ad generale capitulum, quod caritatis et unitatis monastice conservativum esse dinoscitur, veniant contributionesque ordinis non solvant secundum ordinis instituta. Quapropter generale capitulum cupiens tante malicie salubriter obviare, irrefragabiliter, statuit et diffinit, quod quisque abbas ordinis per se vel per alium clam vel palam talium presumptione temporalium(?) et cal(l)iditate subdola^b presumpserit attemptare, eo ipso excommunicationis sententia se senciatur innodatum.

Item, et quomodo, prout generali capitulo extitit nunciatum, dominus rex Anglie ad aliquorum^c qui, que sua sunt, querunt, et sacri ordinis unitatem infringere cupiunt, subieccionem necessariam abbatibus nostri ordinis in regno Anglie constitutis, ne ad generale capitulum veniant sed^d contributionum summas eis impositas ab ordine solvant dicto regi, prohiberi curavit in ordinis grave preiudicium et gravamen, ideo generale capitulum ordinat et statuit quod per dominum Cysterciensem et quatuor primos solempnes nuncii ordinentur, qui se ad partes Anglie transferentes ex parte ordinis dicto domino regi et domine

a) Cod.: pro curiam (sic). b) Cod.: sub dolosa. c) Cod.: quique qui.
d) Cod.: seu.

regine matris (sic) sue supplicare studeant, ut progenitorum suorum inherentes festigiis ordinemque suum prosequentes favoribus graciosis edictum prefatum de consueta benignitatis clemencia, quod ex huiusmodi caritas et unitas sui ordinis, nisi maiestas regia apponat oportuno remedium, et taliter enervetur, presertim quod per sancte memorie Clementem summum pontificem fuerit ordinatum, quod abbates ordinis sui regni, qui consuetis temporibus ad capitulum venire contempserint, eo ipso excommunicacionis sententia se ligatos agnoscant. . . .

1330 statuta sunt hec aput Cystercium circa tempus capituli generalis: in primis¹, cum ille callidus supplantator et calumpniator iniquus continuis conatibus elaboret, ut inconsutilem domini tunicam dividat et pacis testamentum subdola malignitate confringat, cuius fraudulentis conatibus divine respectus gracie sic obviare studuit hiis diebus, quod capitis et auctoris huius execrabilis nequicie animum nube erroris obductum videlicet Petri de Corbario, qui suadente maligno sacrosancte Romane ecclesie presumpsit usurpare dampnabiliter principatum, sic suo lumine serenavit, quod errorem suum congrua detestans penitundine, ad pedes sanctissimi patris domini nostri summi pontificis venire voluit et errorem suum corde contrito et humiliato lacrimabiliter condemnare curavit et de tam nefandis excessibus veniam humiliter postulando: eapropter capitulum generale ordinat et diffinit, quod quam cicius ad monasteria^a ordinis huiusmodi noticia devenerit, Te Deum laudamus per claustri circulum altissime decantetur, et missa de Sancto Spiritu in singulis ordinibus sollempniter celebretur.

a) Cod.: monasterium Correxī e textu Petri de Zittavia in Königs-
saaler Geschichtsquellen p. 480.

1) Siehe dazu Cap. XXVI. des zweiten Buches der Königs-
saaler Geschichtsquellen: De reconciliacione antipape et de alijs, wo die Meldung
des Generalkapitels hierüber an alle Klöster des Ordens in gleicher Weise
vermerkt wird.